

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

5. Maria Victoria, in partu, & aliter laborantibus, Reliquijs crucis succurrit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

stre illud est de Alphonso Aragonio Siculorum rege, qui apud Panormit.  
Iuliani templum, juxta Neapolim, militem grauiter in p̄celio lib. 3. de reb.  
vulneratum videns, suo sudario vulnus eius obligauit. Cūm ve- gefis Al-  
rō nullam spem vitæ præsentis haberet, ad beatam, & immor- phonsi.  
talem hortatus est: mortuumque sepeliri diligentissimè curauit.  
Sed, ne nostro æuo deesse exempla videantur, veniam ad recen-  
tiora.

Maria Victoria, vidua facta, charitate ardens, occasionem  
quærebat charitatem exercendi. Et inuenit domi forisque. Au- Ferdinand.  
dierat aliquando miserabilem, è vicina domo, eiulatum; ad Meltio lib. I.  
quem, relictis alijs rebus omnibus, aduolans intellexit, esse virtæ illius  
eum eiulatum mulieris, in partu, periclitantis, quæ iam complu- cap. 5.  
res dies foetum non poterat eniti, hoc ipso pro mortuo habitum.  
Iubet laborantem paululum à conatu quiescere Victoria. Interea  
ipsa in lipsanothecam, in qua S. Crucis particula continebatur,  
inclinata, Devm pro periclitante orat; nec diu factum est, cùm,  
illâ preces fundente, puerpera partum fudit, puerum & crucis  
virtuti, & Victoriae ascriptum pietati: quæ postea multis diffi-  
culter parientibus, eamdem S. Crucis particulam mittere roga-  
ta, apud plerasque crucem cruce pepulit.

Sed ut de ægrotis bene merendi occasioem etiam domi  
suz haberet, amissio per mortem marito, filius quoque illius cœ-  
pit ægrotare, & quidem per quatuor aut quinque continuos  
annos, donec viuere simul, & ægrotare desineret. Quo in morbo,  
plus quam matrem se ostendit. Omnia enim abjectissima non  
dignata est ei præstare; neque passa est ullam ancillarum fo-  
mentum aut emplastrum ei imponere. Multum fecisset alia  
mater, si tam diutino gnati morbo non fuisset fatigata, aut in  
impatientiam data. Hæc etiam gauisa est exercitio patiendi.  
Quamobrem, eo defuncto, non tam luxit, quod filium Angelicæ  
propè innocentia parem, sed quod ægrum amisisset, cui seruien-  
do ipsa meritum cælestis potuisset sibi præmiumque locupletare.  
Morbum enim illius, lucri sui spiritualis agrum esse arbitra-  
tur. Cuius virtutis ansam illi etiam mater illius præbuit, sed  
principi quoque sociarum omnium charissima Petronilla du-  
Passage, quæ, longo tempore Devm orauerat, vt graui morbo,

VI.

Aaa 3

in